

## **Scientia Sanctorum**

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan.  
Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In  
Dominicas, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In  
singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

**Puente, Luis de la**

**Dilingæ, 1685**

54. Depositio de cruce.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60588](#)

**MEDITATIO LIV.***Depositio Christi de Cruce.*

Matt. 27. 56.

**PUNCTUM PRIMUM.**Provi-  
denciaDei erga  
lijs

suo.

104. 19.  
38.

Christus

obedi-

ens post

mortem.

Sociera-  
tis uti-  
litas.

**C**onsideranda & admiranda providentia Dei erga suos : nam, cum Mater cum alijs sollicita esset de acquirendo corpore ad sepulturam, ac ne indignè mortuus etiam à militibus tractaretur, providit in tempore de viro divite, & nobili Joseph, qui auctoritate valeret, nec non bono & justo, qui & ipse expectabat Regnum Dei, uti decebat sanctitatem illius funeralis ; quique erat *discipulus Iesu, occultus autem propter metum Iudeorum* : cui addidit animos ad petendum audacter corpus Christi à Pilato.

Itaque Deus solatus est afflictos, & consoluit gloriæ Christi tunc statim à morte : discens post posuit autem, ut sicut ex obedientiâ Patris Christus ascenderat crucem, ita non nisi ex obedientia Magistratus, juxta legem, deponeretur de cruce.

**PUNCTUM II.**

**I**oseph ab Arimathia adjunxit se socium alter Discipulus item occultus Nicodemus, vir etiam nobilis & justus : ut sic alter alterum animaret. *Joseph emit sindonem novam, ad involvendum, quia non decebat ut usui : antè fuisse.*

Nico-

Nicodemus verò contulit mixtum myrrhae & aloës, quasi libras centum ad ungendum. Qui se addicit Christo, ostendat id operibus: ea autem sunt pura, cum mortificationis studio, & devotionis, quæ sunt aromata.

### PUNCTUM III.

**D**eponitur è cruce manibus illorum duo-  
rum, & in demendis clavis ipsi sacrum cor-  
pus sustentant, devotione ac reverentia maxi-  
ma, nec sine lachrymis. Depositum excipit Ma-  
ter, & impletur illud: *Fasciculus myrrhae dile-*  
*citus meus mihi, inter ubera mea commorabi-*  
*tur.* Quantum illic dolorum, gemituum, la-  
chrymarum? quid dictum, factumque circa  
sacrosanctum spolium, tum à Matre, tum ab  
alijs mulieribus, & Joanne, æstimetur ex a-  
more.

---

### MEDITATIO LV.

*De Christi sepultura.*

### PUNCTUM PRIMUM.

**U**bi satisfactum est amori, sacrum corpus  
ungitur per totum, & munda sindone in-  
volvitur, caput sudario: coronam spineam &  
clavos chara pignora Mater sibi servat. Un-  
ctio significat Christum per omnem vitam  
multa mortificatione & laboribus fuisse exerci-  
tum, ut corpus suum mysticum à corruptione  
notat.

K 5

Unctio  
corporis  
Christi  
quid  
notat.  
2.Cor. 4.  
10.

serva-

10.